



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

De Adulteris, & stupro. Tit. XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

*iuris canonici pag. 678. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 19. c. vnic.*

2. *Ballistarium.* De arte ballistariorum vide Sylvest. in summ. verbo *ars quast.* 3. quem refert Azor. in *insti. moral. part. 3. lib. 2. cap. 15. in fine.* Ballistarii, seu sagittarii sunt certi homines, qui foederantur damoni, eique animae & coporis dominum adducunt, illeque vicissim pollicetur se adfuturum ut quem longissime distulit volent, infallibili ictu traiciant, ita Mall. p. 2. q. 1. c. 16. Martin. Delti. *disquisit. magic. lib. 3. c. 1 q. 4. sect. 4. in princip. pag. mibi 109.* & Torieblanc in *trait. de Magia, lib. 2. cap. 39. ex num. 24. vbi num. 26.* subdit quod Diabolus hoc praestare solet ad sacrae parentiae imitationem, dum simili facto propheta Syriam delere profectur Regi Israel. Reg. 4. cap. 13. *Tolle sagittas, qui cum tulisset, rursus dixit ei, Percute iaculo terram, & cum percussisset tribus vicibus, & stetit, iratus est vir Dei contra eum. & ait, Si percussisset quingies, aut sexies, aut septies, percussisset Syriam usque ad consummationem, nunc autem tribus vicibus percuties eam.*

3. In *glos. Sub anathemate*, fin. Notatur ad hoc quod quando lex continet verba solum comminatoria, ut si dicatur, sub anathemate, sub poena, sub interminatione, sub distinctione, sub maledictione, &c. tunc est casus ferenda sententiae, *glos. similis verbo sub interminatione in cap. sicut il. 2. de simon. Cast. de potestate legis poenalis lib. 2. cap. 1. vbi prima regula, Titaeque. in l. si unquam verbo reuertatur num. 254. 255. & 260. Ludovic. Carbon in *trait. de legibus lib. 8. disp. 6. in princip. vbi prima.* plures quos refert, & sequitur Cened. ad Decretal. collect. 38. num. 2. quibus adde Butr. decis. 129. part. 3. secundum 1. impress. Hentiq. in summ. lib. 13. de excommunicat. c. 10. num. 2. Fr. Emman. in *sum. tom. 1. c. 74. num. 3.* Spin. in *speculo testam. gloss. 11. rubr. num. 41.* Menoch. de *presumpt. lib. 5. praesumpt. 49. num. 13.* Sayr. in *claus. Regia lib. 3. c. 8. num. 19.* Monet. de *distribut. quotid. part. 4. quast. 6. num. 53.* qui hoc limitant, quando simul cum his verbis apponerentur alia importantia latam sententiam, ut si dicatur, sub poena excommunicationis, quam statim contraveniendo incurras, quam ipso facto incurras, &c.*

## De Adulteris, &amp; stupro.

## TIT. XVI.

**S**UPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Anch. Butr. Ioan. Andr. Panorm. Mari. Soc. Guillelm. Durand in *Breniario seu eo iuris Canon. fol. 141.* Petr. de Rauenna in *compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decretal. fol. 184. verso.* Dan. Venat. in *analyti methodica iuris Pontifici pag. 643.* Goffred. & Host. in *summ. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germ. in paratilis ad quinque lib. Decretal. Lancellor. in institut. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zipæ. in *analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. p. 398.* Canil. in *summa iuris Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris novissime Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.**

De adulterio, eiusque poenis, vide apud Lusitan. Ord. Regiam lib. 5. tit. 25. vbi notat parens meus, & apud Castellanos tit. 17. part. 7. vbi Greg. Lopez, & tit. 7. de los adulteros lib. 4. leg. fori. & tit. 15. lib. 8. Ordin. vbi Perez, & tit. 20. lib. 8. nona recopil. vbi Azcued. Clar. in *pract. 6. adulterium.* Anton. Gomez l. 80. *Tauri num. 46. cum segg.* Bermond. de *publicis concubin. tit. de*

*adulter. Vela de delictis cap. 1.* Menoch. de *arbit. casu 419.* & *conf. 31. num. 4. cum segg.* Malcard. de *probation. conclus. 57.* Vivian. Soar. Kirchou. & alios tom. 2. *commun. opinion. lib. 9. tit. 7. pag. 464.* Petr. Cabell. *refol. crimin. casu 200.* Ceual. *communium contra cennas, quast. 734.* Cardof. in *praxi iudicum*, verbo *adulterium* Pradill. in *summa legum poenal. part. 1. cap. 9.* Don. Christoph. de *Pace in scholis ad leges styli il. 61. a princip. & l. 93.* Farin. in *praxi crimin. quast. 141. & 142.* Molin. de *insti. tom. 4. tract. 3. disp. 89. cum segg.* Azor. *insti. moral. part. 3. lib. 3. cap. 7. & 8.* Hortens. *Cavalcan. de brevis Regio part. 1. num. 282. vers. in summa.* Et de poenis contra adulteros apud varias nationes nuncupatim Christoph. de *Pace d. l. 62. a princip.* Sayr. in *claus. Regia lib. 8. cap. 3. num. 3.* & 4. Farin. d. *quast. 140. num. 11.* Peneda de *Societate Iesu tom. 2. in Iob. cap. 31. vers. 12. pag. mibi 522.* Aloyf. Riccius in *collect. decij. p. 1. collect. 35.* De huius criminis gravitate, & atrocitate, vide Perez l. 2. verbo *de fizioe adulterio tit. 15. lib. 8.* Ordinum pag. 288. Menoch. *conf. 31. num. 2. cum segg.* Spin. in *speculo testam. gloss. 17. princ. a num. 77.* Ceual. d. *quast. 744. num. 8.* & 9. Peneda in *vita S. Ioannis Baptiste lib. 3. art. 1. cap. 1. pag. 13.* Farin. d. *quast. 141. a princip.* Galgancet. de *iure publico lib. 1. tit. 35. num. 36. cum segg.* usque ad finem.

De stupro vide Clar. in *pract. 8. stuprum*, Bermond. de *publicis concubin. tit. de stupro*, Conlad. in *pract. tit. de stupratoribus.* Petr. Gregor. *synagm. iuris lib. 30. c. 2. de stupro* Cardof. in *praxi iudicum verbo stuprum.* Sayr. in *claus. Regia lib. 8. cap. 4. num. 9. cum segg.* Azor. *insti. moral. part. 3. lib. 3. cap. 11.* Farinac. in *praxi crimin. quast. 147.* Bernard. & Salzed. in *pract. cap. 86. in noviss. edit.* Bellet. *disquisit. clerici. part. 1. tit. de favore clericali §. 4. a num. 116.* Galgancet. d. *tit. 35. a princip.* usque ad num. 36.

## SYM MARI VM.

1. Virginem stuprans tenetur eam dotare, & ducere uxorem.
2. Virginem carnaliter cognoscens absque seductione, non tenetur eam dotare.
3. Minor virginem stuprans poena huius cap. tenetur.
4. Virginitas quomodo probetur, remissive.
5. Stuprate asserenti se virginem tempore stupri creatum cum iuramento.
6. Scholaris incipiens corrumpere virginem, sed non proficiens, non tenetur de desolatione.
7. Virginem corruppens an copulatione teneatur illam dotare, & in uxorem ducere, remissive.
8. Virginem stuprans nondum viripotentem, qui poena puniatur, ostenditur.
9. Virginem vita vilis, & minus honesta stuprans non tenetur de stupro.
10. Doctores referuntur de furo feminarum multa scribentes.
11. Stuprum in caupona famulam commissum non est punibile propter vilitatem officij.
12. Dos mulieris propter stuprum praestanda quomodo agnoscenda, ostenditur.

## CAP. Si seduxerit.

**V**irginem non desponsatam seducens, & dormiens cum ea, dotabit illam, & habebit eam in uxorem, & si pater originis nolit eam dare, dotabit eam, secundum morem regionis. Colligunt ex Ordine Abb. antiqui. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania. Hostiens. Butr. Anchor. Panorm. Mar. Socin. Cened. *solus.*

collect. 37. Viuiam. in rationali lib. 5. iuris Pontificii p. 133. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 678. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. Calal. in annot. de sumitur ab Exod. cap. 22. refertur ab Anton. August. collect.

1. Decretal. lib. 5. tit. 13. c. 1. & Iuon. p. 16. c. 162. & 263.

2. Si seduxerit. ] Ergo si non seduxerit, non tenetur pena huius text. de quo vide Ruin. conf. 189. n. 9.

Perez in rubr. tit. 15. pag. 278. col. 1. & 2. lib. 8. Ordin.

Barthol. de Vecchis in praxi observanda in admittendis

ad Religionis statum novitiis disp. 3. dub. 4. num. 24. vbi

subdit puellam in dubio praelumi seductam in foro

exteriori, quamvis vir asserat se non seduxisse; nam

cognoscentem carnaliter virginem abque seductione

con teneri eam dotare nisi importunis precibus

fuisse adducta, resoluunt Nauar. in man. cap. 12. n. 16.

Gom. l. 80. Tauri num. 10. Bernad. in praxi. cap. 86. n. 5.

vbi. Salzed. verbo non debeat. Azor. in sist. moral. part. 3.

lib. 5. cap. 6. quæst. 1. plures refert Sanch. de matrimon.

lib. 6. disp. 14. num. 11. vbi contra nonnullos tuerit,

hoc casu nihil teneri parentibus, aut tutoribus resti-

tuere, eo quod iis non interrogatur iniuria, cum ipsa sit

sue virginis Domina, & nuptiarum iacturam pati

volens possit remittente parte, sequitur Farin. Molin.

de ritu nupt. lib. 10. comp. 19. num. 140.

3. Qui. ] Eriam si sit minor, nam & is delinquens in

hoc crimine non excusatur, vt per Chald. Pereira in

l. si curatore. verbo vel aduersarij dolo num. 5.

4. Virginem ] In dubio puella virgo præsuntur, sicut

virgo nascitur, & stupratori neganti puellam fuisse

virginem, incumbit onus probandi, Panorm. num. 5. in

presenti. Clar. §. stuprum num. 4. vers. sed pone quod stupra-

tor. Rot. decis. 776. num. 5. & 6. part. 4. diuers. Barthol. de

Vecchis d. dub. 4. num. 24. in fine Quomodo autem pro-

betur virginitas, & per consequens stuprum commis-

sium, vide Thesaur. Pedem. decis. 3. n. 2. Baiard. ad Clar.

stuprum num. 41. Fulu. Patian. de probation. lib. 2. cap. 2.

num. 6. Malfard. eod. tract. concl. 140. Menoch. de pra-

sumpt. lib. 6. praesumpt. 89. Gutier. canon. lib. 3. c. 7. n. 7.

Cardos. in praxi iudicum. verbo probatio num. 9. Farin. in

praxi crim. quæst. 147. num. 130. cum seqq. vbi n. 141.

teneri in hoc obstrictum relationi, & iudicio stari, &

num. 148. asserit ex eo probari virginem fuisse deflo-

ratam si illius camisia tempore stupri fuisset reperta

sanguine aspersa, vel linteamina in quibus cubuit

cum viro sanguinolenta, & num. 150. resoluunt quod

per vociferationem, & clamorem mulieris magnum

stupri indicium oritur.

Vnde in virginitatis amissione, & primo viri con-

gressu propter ruptionem virginibus dolorem esse, &

profluuium sanguinis, cum virginitas constet ex pan-

no, vel camisia sanguine madida, tradunt Ioan. Al-

phonf. de Fontecha in speculo medic. Christ. num. 3. Petr.

Garc. Carrero ad Galen. de locis affect. disp. 67. cap. 1.

Sed probabilius est in virginitatis amissione, seu vir-

ginis ruptione membrum non rumpi, quia in ore

voluat neque in aliqua eius parte aliquid est in custo-

diam virginitatis, quod destruat violator, vt tradunt

Andr. Laur. lib. 7. de re anatom. cap. 12. Marcel. Donat.

lib. 4. de admirab. medic. cap. 15. Fernel. lib. 1. c. 7. Vir-

ginitas igitur sine ulla membranula est in sola labio-

rum compressione, & lymphis, seu coalescentium

parium angustia, quæ cum sine dilatione membrum

virii admittere nequeant, ex venarum coalescentium

ruptione fit dolor, & sanguis, vt docent Io. Alphonf.

& Petr. Garc. citatis locis, Horat. Anger. tom. 2. epist. 1.

cap. 4. Franc. Valles de sacra philosoph. cap. 25. & ideo

sanguinem non esse signum virginitatis, quia sine

sanguinis emissionem virgo cognosci potest à viro, vt

tradit Ioan. Fragofo de arte medendi. tract. de explanat.

quæ omnia eleganter tractat Torieblanc. lib. 2. de Ma-

gia operatrice, cap. 19. de virginitate restituenda.

Aduertendum duxi quod stupratæ asserenti se fuisse

se virginem tempore stupri creditur cum iuramento,

tum in odium delinquentis, tum etiam, quia talis as-

sertio habet præsumptionem naturæ pro se; vide plu-

res, quos citat Salzed. ad Bernard. in praxi. c. 86. vers.

nec ad huiusmodi, Perez ad rub. tit. 15. 8. Ordin. pag.

279. colum. 1. vers. dubitatur, & post Salced. Malfard.

Menoch. Gutier. Cardin. Tusc. alios, quos refert,

ita resoluit Farinac. d. quæst. 147. num. 135. cum seqq.

Ror. apud eundem Farin. decis. 74. n. 6. part. 4. sue praxi

crimin.

Dormitque cum ea. ] Intellige perfectè, nam si scho-

laris cœperit corumpere virginem, sed non perfecit,

non tenetur de defloratione, vt per Perez l. 42. in ad-

dit. tit. 19. lib. 8. Ordin. pag. 392. quem refert par. ns meus

in annot. ad Ord. Regiam Lusitan. l. 5. tit. 12. in prin-

cip. num. 1.

Dotabit. eam, & habebit uxorem ] Hæc duo non re-

quiruntur copulatiue, sed alternatiue, quod aut dota-

te, aut in uxorem stuprator stupratam mulierem du-

cere teneatur, vt sentire videntur hie Host. super verbo

noluerit, & Ioan. Andr. num. 5. Anan num. 4. Anch. n. 4.

& in c. 2. num. 3. vbi etiam Butr. num. 2. & ita esse in vsu

docent Gom. d. l. 80. Tauri num. 8. Clar. §. stuprum. vers.

sed quæro. Et quamvis nonnulli Canonistæ, præsertim

Innocent. & Hostienf. in presenti teneant deflorato-

rem etiam inuitum auctoritate iudicis cogendum esse

ad matrimonium contrahendum, nihilominus con-

trariam sententiam vsu iudiciorum receptam esse te-

stantur Anton. Gom. loco citat. & Gutier. loco infra ci-

tando, & alij per text. in cap. 2. infra hoc. tit. per quem

temperatur dispositio huius cap. iubens virginem

defloratam & ducendam; & dotandam simul; vnde

Rot. decis. 779. p. 4. diuers. censuit ex hoc text. & cap. seq.

hanc deduci sententiam menti legislatoris confort-

mem, vt qui virginem deflorauerit, cum ea præcisè

matrimonium contrahere compellatur, sed cautatiue,

Anch. hic. not. 5. num. 5. & Mar. Socin. num. 13. in fine, Gu-

tier. can. li. 1. c. 37. num. 11. ad hoc enim vt stuprator di-

catur ducere corruptam, ad hunc effectum satis est si

constituat ei dotem, quam iuxta qualitatem puellæ &

consuetudinem regionis foret habitura. Si verò re-

nuat illam in uxorem ducere, tenetur ad supplendum

illud ultra dotem ordinariam, quo illa indiget ad in-

ueniendum virum sibi æqualem, vt bene inquitur

Ioan. Andr. hic. num. 9. in fine, Anch. Panorm. num. 4.

Couarr. de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 15. & alij.

Pro totius tamen materia cognitione, & facilitatē

text. explicatione consule Nau. in man. cap. 19. ex n. 16.

Petr. à Nauar. de restitut. tom. 1. lib. 2. cap. 3. ex num. 453.

Cordub. in quæst. Theolog. lib. 1. quæst. 13. Perez in rub. tit.

15. lib. 8. Ordin. Menoch. de arbit. casu 188. num. 15. in

addit. Caball. resolut. crimin. casu 196. num. 12. vers.

non enim tenetur præcisè, Gutier. canon. lib. 3. cap. 37. per

tor, Cardin. Tusc. tom. 7. concl. 709. num. 28. & sequenti,

Azor. d. part. 3. lib. 5. cap. 5. quæst. 1. in fine. Syluest. in sum.

verbo luxuria quæst. 5. Beller. disquisit. clerical. part. 1. tit.

de fauore clericorum reali §. 4. n. 117. Mench. quæst. fre-

quent. c. 7. num. 22. & 23. Motl. in emporio iuris part. 1. tit.

1. quæst. 9. num. 25. Chald. Pereira d. verbo vel aduersarij

dolo à n. 58. Sayr. in claus. Regia lib. 11. cap. 12. n. 22. cu

seqq. Molin. de insit. tom. 4. tract. 3. disp. 104. à n. 9. Lessi.

eod. tract. l. 2. cap. 10. dub. 3. Rebell. de obligation. iustitia

part. 1. lib. 3. quæst. 9. Paul Comitol. respons. moralium

lib. 4. quæst. 16. & 17. num. 2. Sanch. de matrim. lib. 4. disp.

13. n. 2. in med. Rota apud Farin. decis. 779. in 1. collect.

notiss. alias part. 4. diuers. idem Farin. in sua praxi crimin.

part. 5. quæst. 147. num. 97. cum multis seqq. vbi n. 98.

refert veritatem esse quod si vult ducere uxorem,

tenetur

tenetur etiam eam dotare. Quia tamen in hoc mīte variant DD. securius duxi in hac re tenendam esse sententiam, quam olim amplexa est Rota in *Taurinen. matrimonij*, 15. Janu. 1590. coram D. Penia, duæ sit ait. Quantum ad primam partem dubij domini conformiter censuerunt Boninum præcisè, & absolute non esse cogendum ad Alasnam ducendam, iuxta *cap. 2. de adulter.* vbi præceptum de ducenda, & dotanda virgine deflorata non ponitur copulatiuè, vt in *cap. 1. sed distinctiue*, tametsi veteres Canonistæ, Innoc. Host. Butt. Zabarel. & plerique alij in *d. cap. 1. de adulter.* tenuerint defloratorem etiam inuitum iudicis auctoritate cogendum ad matrimonium contrahendum, speciale ibi esse dicentes ratione delicti, vt quis inuitus nuptias inire cogatur. Nihilominus contrariam sententiam esse receptam testatur Gom. ad l. 80. *Tauri.* . . . 3. 8. *vers. sed his non obstantibus.* Clar. in §. *suprum.* n. 3. *vers. sed quare qua sit pena* censit Panorm. in *d. c. 1. de adulter.* Couat. Ioan. Gutier. S. Antonin. & alij paulo antè relati per tex. in *c. 2. de adulter.* per quem temperatur dispositio *c. 1. iubentis* virginem defloratam & ducendam, & dotandam simul, nam ex duobus illis capitulis simul iniunctis domini censuerunt hanc deduci sententiam menti Legislatorum conformem, vt qui virginem deflorauit, cum ea præcisè matrimonium contrahere non compellatur, sed causatiue, Ranch. in *c. 1. de adulter.* not. 2. num. 3. & *quest. 5. S. Antonin. part. 2. tit. 2. c. 6. §. 1. vers. hodie autem.* Ruin. *conf. 189. num. 8. lib. 2. Ioan. Gutier. canon. quest. lib. 1. cap. 7. num. 1. Nec obstat si dicatur*, quod *c. 1. de adulter.* est desumptum ex veteri Testamento *Exodi c. 22.* vbi recensentur præcepta iudicialia, quod cum fuerit relatum in ius Canonicum, per potestatem habentem debet præcisè seruari, S. Thom. *part. 2. quest. 104. art. 5. Syluest. in summ. verbo Luxuria.* *quest. 5. Paris. cōsil. 68. num. 106. lib. 4. Imol. in c. cum tanto. num. 7. & 8. de consuetud.* quoniam dixerunt domini quod idem legislator, qui in corpus Iuris Canonici reduxit, & viuificauit illud præceptum ex veteri Testamento, quod aliàs erat mortuum, statim *sub eod. tit. de adulter. c. 2.* apposituit aliam dispositionem disiunctiue, in qua censetur voluisse præceptum *c. 1.* obseruandum cum illa qualitate, de qua in *c. 2.* Hactenus Rotæ decisio. Et quod contracto matrimonio aduersus Sac. Concilij Trident. formati sponte & voluntariè, mulier à præsumpto marito deflorata fuerit, ab eo est dotanda, resoluit Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 19. num. 143. cū segg.* Aduerto reperisse apud Card. Mantica. *de consuet. ult. volunt. lib. 1. tit. 12. n. 20. cum segg.* Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. cent. 2. dist. 12. num. 12.* dispositionem huius text. & sequentia requirere, seductam feciminam, sequutam copulam, & virginitem deperditam.

8 Qua autem pena puniatur stuprans virginem nondum viri potem, vide Menoch. *d. arbit. casu 94. Gom. l. 80. Tauri. num. 42. & tom. 3. vari. cap. 1. num. 60. vers. ex quibus* Aloyf. Riccius in *collect. decis. part. 4. collect. 1412.* Perez. *ad rub. tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 280.* Chald. Pereira *d. vero vel aduersarij dolo n. 56. Cened. d. collect. 37. num. 2.*

9 Lixita principalem text. conclusionem non procedere quando virgo erat vitæ vilis, & minus honestæ, vel vagans passim non seruatorecundæ pudore, vt per Bursat. *conf. 69. n. 13. lib. 1. Menoch. d. casu 288. in addit. n. 18. Farin. conf. 90. n. 1. cum segg.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 5. n. 44. cum segg.* & *c. 35. n. 34.* resoluit quod stuprum cessabit, neque erit accusabile stante vilitate personæ in moribus scilicet, non verò respectu generis, vel paupertatis, Genus illud mulierum, quæ facis videntur, rubeo, & aquis stillantibus impudici-

tiæ signum ostendit, secundum Terentium *dum mulier, dum conuertiuntur anus est*, contra quas inuehit S. Cyprian. in *lib. de habitu virginum*, dum ait quod maritus Deo inferunt, quando illud, quod ille formauit, reformare contendunt, & certè nisi communis abusus esset iste mulierum ferè omnium, non excusarentur, et S. Thom. 2. 2. q. 16. art. 2. Multa de furo ferminarum tradunt citati à Cened. *ad Decretal. collect. 31.* quibus adde Ludouic. Beiam *respons. casuum consuet. part. 2. casu 17. Henric. in summ. lib. 8. c. 57. & in commento in X. Ioan. Pined. in lib. 1. tom. 2. c. 42. vers. 14. pag. malis 565. Lessi. de iustit. lib. 4. cap. 4. d. h. 14. Bobadil in politica. 2. cap. 17. num. 14. cum segg.* Sayt. in *clari Regia lib. 8. c. 6. num. 8.* Hottenf. Caluacan. *de brachio Regis. part. 6. c. 68. vers. præterea.*

Vnde stuprum in captione famulæ committitur non esse punibile propter vilitatem officij, tenent Gregor. l. 3. *verbo ni tauerimera tit. 14. part. 4. Alciatus l. inter stuprum, num. 5. ff. de verbor. signif. Titus de retractu lig. §. 1. glof. 14. num. 17. & de nobil. c. 34. num. 44. Cassan. in catalogo glorie mundi. part. 11. conf. 23. num. 3.*

Si verò pater virginis, &c. Notatur ad hoc quod si pater puellæ defloratæ recuset illam nubere cum stupratore, vel etiam ipsa deflorata recuset, tunc stuprator teneretur eam dotare, vt per Farin. *d. quest. 147. num. 105.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 2. n. 2.* etiam defloratam remisit dotem, quia si habeat parentes, ac subinde sui iuris non sit, remissio hæc stupratori non prodesset, sicut resoluit Baiard. *ad Clar. §. suprum. num. 119.* Farin. *d. quest. 147. num. 117.* Barthol. de Vecchis *d. dub. 4. n. 27.*

Reddet pecuniam iuxta modum dotis, &c. Circa estimationem dotis mulieris propter stuprum præsumptam Ioan. Andr. Abb. & alij huius text. decisionem suppleunt quod corruptor ipse dare teneatur illud, quod plurius indiget puella cum corrupta sit ad inueniendum virum sibi æqualem. Quæ quidem interpretatio minime placet Ananiz in *presenti*, cum ex text. hic non vulgarem violentiam pariat, qui potest facere sine vlla additione intelligendus est quando corruptor vult matrimonium cum corrupta contrahere, ipsa verò, vel eius pater nolit, hoc equidem casu sufficit ei dotem constituere, quæ sufficiens foret si virgo fuisset: quam quidem Ananiz sententiam verissimam iudicat Couat. *de sponsal. part. 2. c. 6. §. 2. n. 15.* quando corruptor est eiusdem qualitatis, vt matrimonio cum puella copuletur, & iniuste ab eo, vel ipsius parentibus recusat, alioquin Ioan. Andr. & Abbatem sequitur, quorum sententia verissima est, & seruanda, quia text. in *presenti* interpretatur vt procedat quando corrupta cum dote consequitur matrum sibi æqualem, secus verò aliàs. Dotis estimatio quomodo faciendâ, vide Salzed. *ad Fernand. c. 86. li. E. Gutier. canon. lib. 1. c. 36. d. num. 8.* Farin. *d. quest. 147. num. 124. cum segg.* & quæ quantitas constituenda sit à stupratore puellæ stupratæ, arbitrio iudicis relinquatur, vt tenet Menoch. *casu. 288. d. num. 18.* Farin. *d. quest. 147. num. 125.* & est constitutum apud Lusitanos per Ordin. Regiam *lib. 5. tit. 23. in princip. vers. for. abstrada pello in legador.*

Virum autem habens rem cum puella virgine ipsa tamen consentiente committit stuprum committens malitiam specie distinctam à simplici fornicatione, & necessario in confessione explicandam, quæstio est dubia, in qua vna sententia affirmat ex eo, quia in tali defloratione virginis reperitur iniustitia, non contra ipsam personam virginis, quia consentienti non fit iniuria, sed contra finem nature, ad quem concessit virginem claustrum, cui non potest puellam

lam renuntiare, est enim custos, non domina illius signaculi; tum quia per stuprum infertur iniuria patri, qui custos est corporis filiae suae siue illa consentiat, siue dissentiat, nam per filiae consensum non subtrahitur filia a custodia, & cura patris, vel tutorum qui gerunt curam patris; quare hanc partem sustinent Caiet. 2. 2. *quest. 154. art. 6. ad 1. dub.* Jacob de Grassi, in *auereis decis.* part. 1. lib. 2. cap. 79. Soar. tom. 3. disp. 22. sect. 4. num. 6. Filliuc. tom. 2. tract. 30. c. 3. n. 66. Villalob. in *sum. tom. 2. tract. 30. diff. 10. n. 6.*

1 Altera verò sententia, cui tanquam probabiliori adhaereo, tenet stuprum si fiat consentiente puella non continere specialem deformitatem, vel iniuriam supra simplicem fornicationem. Ratio est quia non non reperitur in stupro specialis deformitas, nisi ad sit specialis iniuria, sed quando puella voluntarie consentit, non infertur iniuria, nam scienti & consentienti non fit iniuria, ergo in stupro propter consensum puellae non reperitur specialis malitia; nec valet dicere quod in stupro saltem reperitur iniuria contra parentes, vel tutores inuitos, hoc enim falsum est, nam puella est domina suae virginis integritatis; & ideo hanc sententiam tuerentur Vasq. in *opus. de restit.* 6. §. 1. *dub. 1. n. 6.* Aegid. de *Coniug. de sacr. am. tom. 2. disp. 7. dub. 4. n. 19.* Sanch. de *matrim. lib. 7. disp. 14. n. 1.* Lessi. de *instit. lib. 2. cap. 10. dub. 1.* Ioan. Sanctius in *sect. disp. 29. num. 7.*

## SYMMARIUM.

- 1 Stuprator, qui non vult puellam in uxorem ducere, quomodo castigetur, ostenditur.
- 2 Stuprator an possit per procuratorem se defendere, remissum.

## CAP. Peruenit. II. Greg.

1 Virginem decipiens, & stuprans, debet eam in uxorem ducere, & si eam renuit corporaliter castigatus, & excommunicatus in monasterium detrahendus est in quo agat poenitentiam, & a quo non egrediatur sine licentia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 132.* Alagona in *compendio iuris Canonici pag. 678.* remissum Ximen. in *concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. collect. 1. *Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. 3.*

2 Corporaliter castigatus, &c.] Notatur ad hoc quod si stuprator non vult puellam in uxorem ducere, verbis castigatur a iudice, prout ei visum fuerit, & excommunicatus in monasterium detrahendus ad agendam poenitentiam, ut per Anton. Gom. l. 80. *Tauri. n. 8.* & 9. Clar. in §. *stuprum num. 3. vers. sed quero quae sit poena.* Perez. ad rub. tit. 15. *glos. 1. pag. 279. lib. 8. Ordin. Mench. vsufreq. cap. 7. num. 2.* Mori. in *emporio iuris p. 1. tit. 1. quest. 8. num. 25.* Petr. Gregor. *synag. iuris lib. 36. ca. 9. tit. de stupro. num. 5. in fine vers. puniuntur.* & alia poena, Thesaur. *Pudem. decis. 3. num. 3. vers. & si noluit.* desponsari, Gouier. *canon lib. 1. c. 37. num. 11.* Rot. de *dis. 74. apud Farin. part. 4. suae praxi crimin. eund. Farin. part. 5. quest. 147. num. 100. & 109.* Barthol. de *Vecchis in praxi nouit. disp. 3. dub. 4. num. 28.* An hoc casu possit reus per procuratorem se defendere, vide Hippol. *conf. 9. num. 5.* Tiraq. in *tract. res inter alios pag. mibi 7.* Clar. §. *fin. q. 32. num. 9.* Menoch. de *arbitr. lib. 1. quest. 80. a. num. 17.* & num. 103. & 104. Farin. in *praxi crimin. q. 99. num. 32.* ubi negatiue resoluit.

Vtrum autem huiusmodi stuprator, qui sua egestate non potuit dotare puellam stupratam, ac proinde in subsidium corporaliter castigatus fuit, si perueniret ad pinguiorem fortunam, teneatur dotem constituere; in quo dubio negatiue est respondendum, quia per luitationem in corpore dicitur satisfactum, & sic illa castigatio loco solutionis succedit, ut arg. text. in l. *sed si vnus. ff. de iniur. resoluunt Buccaton, de differ. inter iudicia civil. & crimin. differ. 191. ex num. 2.* ubi citat inter alios Petr. Caball. *resol. crimin. casu 77. n. 29.*

## SYMMARIUM.

- 1 Maritus retinens adulteram coniugem, non peracta poenitentia particeps est delicti, secus si egerit poenitentiam.
- 2 Vxor in adulterio persistentem tenetur vir deserere sub culpa mortali.
- 3 Verba reus erit, non sunt lata sententia.
- 4 Turpitudinis patronus censetur, qui vitium vxoris celat.
- 5 Adulteram uxorem respicientem fas est viro sibi reconciliare, non sepe tamen adulteram admittit.
- 6 Declaratur text. in cap. quemadmodum in fine, de iure iurando.

## CAP. Si vir. III. Conc. Arelat.

1 Maritus sciens suam uxorem deliquisse, nec egisse poenitentiam, cum adhuc in fornicatione permaneat, si vixerit cum illa, erit reus, & particeps delicti. Si verò mulier dimissa egerit poenitentiam, & voluerit ad virum reuertitur, debet, sed non saepe recipere peccatorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened. collect. 137. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 134.* Alagona in *compendio iuris Canonici pag. 678.* remissum Ximen. in *concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. collect. 1. *Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. 3.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Couar. de *sponsal. part. 2. cap. 7. §. 2. num. 4.* Sot. in 4. *dist. 36. q. vnic. art. 1. & 2.* Clar. §. *adulterium num. 18. vers. quini-* mo, Mozz. de *contract. tit. de matrim. §. fin. num. 70. vers. quod debitum.* Perez l. 2. *vers. & maritus habens tit. 15. lib. 8. Ordinarum.*

2 Sed permanet in fornicat. &c.] Ergo vir sub culpa lethali tenetur uxorem in adulterio persistentem deserere, de quo Perez l. 2. *vers. quaritur ulterius quanta tempore.* tit. 15. lib. 8. *Ordin. pag. 308.* Petr. de *Ledesma de matrim. q. 62. art. 2. concl. 2.* ac proinde peccatum mortale tunc esse non abstinere a copula carnali coniugali, siue petendo, siue reddendo tenent Gou. de *sponsal. lib. 2. cap. 7. §. 2. num. 4.* Iacob de Grassi in *auereis decis. part. 1. lib. 2. cap. 84. num. 6.* Marien. in *rub. tit. 1. glos. 1. num. 101. lib. 5. noua recap. D. Barbof. in l. 2. p. 1. princip. num. 102. ff. solut. matrim.*

3 Reus erit.] Non est lata sententia, ut per Sayr. in *clau. Regia lib. 3. cap. 8. n. 20.*

4 Et eius peccati particeps.] Notatur ad hoc, quod particeps censetur turpitudinis, qui vitium vxoris celat, & qui illam in adulterio deprehensam retinet, lenocinijs reus censetur, ut per Baiard. ad *Clar. §. adulterium num. 119.* Sanch. de *matrim. lib. 10. disp. 5. num. 5. vers. non autem censetur.* Farin. in *praxi crimin. part. 5. quest. 142. num. 74.*

5 Quod si mulier dimissa, &c.] Notatur ad hoc, quod fas est viro uxorem adulteram respicientem sibi reconciliare, non saepe tamen adulteram amittere, ut per

per Sanch. de matrim. lib. 10. dist. 13. num. 3. Ad tex. verò in cap. quemadmodum, in fine, sup. de iur. iur. quantenus huic oblatore videtur, dum habet, virum posse saepe uxori adulterium remittere, respondet D. Barbof. d. num. 102. & Sanch. d. num. 3. quod quamvis vir possit saepe remittere, Ecclesia tamen non intercedit pro adultera saepe relabente, ne peccandi ansam offerre videatur. Ad illud autem concilium Marth. 18. ibi, non dico tibi septies, sed usque ad septuagies septies, respondit idem Sanch. loco citato, quod non intelligitur de poena externa delicto debita, qualis est diuortium, quando spes veniae ansam praebet in delicto persistendi, & correctionis spes cessat: quia, ut inquit Sot. in 4. dist. 36. quæst. vii. art. 2. concl. 1. quamvis saepe consilium sit uxorem adulteram respicientem admittere, ne viro destituta, & inopia pressa libidini vacet, quo quæstum acquiritur, si tamen multoties reconciliata abutens venia ad pristinum more canis vomitum redeat, praestabit utique eam non admittere, quoniam spem omnem correctionis adimit.

## S V M M A R I V M.

1. Maritus propter suspensionem potest accusare uxorem de adulterio, & in accusando praefertur ceteris.
2. Maritus potest accusare uxorem ob violentam adulterij suspensionem.
3. Maritus solus de iure Lusitano, & Castella contra uxorem, & adulterium querelam intentare potest.

## CAP. Maritis. IV. ex Conc. Paris.

1. Maritus ex suspitione potest uxorem de adulterio accusare & in accusando praefertur aliis, sic & in defendendo. Colligitur ex Ordin. Abb. antiqui. Innoc. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Buttr. Panorm. Henric. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 135. Alagona in compend. iuris Canon. p. 679. remissive Ximen. in conc. p. 2. refertur à Buchar. lib. 16. Decret. c. ult. & ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 13. cap. 5.
2. Collige ex text. posse maritum accusare uxorem ob adulterij suspensionem, violentam scilicet, secundum gloss. hic, verbo ex suspitione, ut per Henric. in sum. lib. 11. de matrim. cap. 17. n. 2. Sanch. de matrim. lib. 10. dist. 1. n. 41. Morl. in emporio iuris, part. 1. tit. 1. quæst. 9. num. 52.
3. Et ipsi plus ceteris de adult. &c.] De iure Regni Lusitanie per Ordin. Reg. lib. 5. tit. 13. §. 3. maritus solum contra uxorem, & adulterium querelam intentare potest, quod & apud Castellanos constitutum est l. 2. tit. 17. par. 7. vbi Gregor. gloss. 1. & 2. prout antea Cæsareo iure erat dispositum in l. quamuis la 2. C. ad leg. lul. de adulter. vide Padil. in l. transire n. 92. C. de transact. Gomez l. 80. Tauri num. 49. Avendan. ad c. 27. Prætorium gloss. manceba num. 2. Ant. Gama de Sacramentis præstandis ultimo supplicio damnatis. g. 4. num. 9. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 1. collect. 236. D. Barbof. in l. 2. part. 1. num. 112. ff. solut. matrim. Petr. Cabal. resolut. crimin. casu 110. num. 2. cum segg. Fatin. in praxi crimin. quæst. 104. num. 36. cum seg. Thom. Valasc. allegationum iuris tom. 1. alleg. 13. n. 111. cum segg. Benedict. Agid. de iure, & privilegio honestatis art. 6. num. 21. Iudex tamen ex officio potest procedere & prosequi accusationem, à qua maritus accusator destituit, ut per Baiard. ad Clar. §. adulterium. n. 14. & 20. Fatin. d. quæst. 141. num. 43.

## S V M M A R I V M.

1. Sacerdos non debet puniri ad solam mulieris confessionem asserentis se commississe adulterium cum sacerdote, sed sibi infamato potest iudici purgatio, quam si praestiterit absoluitur, deficiens vero suspensus ab officio.
2. Confessarius potest audita in Confessione de consensu licentia revelare.
3. Ecclesia non polluitur per concubitus conjugales casum necessitatis.
4. Adulterium non probatur contra alium sola mulieris confessione.
5. Adulteri absolutio prodest adultera, sed condempnatio non nocet.
6. Clericus pro adulterio deponitur, & in monasterium intruditur.
7. Clericus reperiens in notoriis osculis, vel amplexibus cum uxorata, an velut adulter sit puniendus, remissive.
8. Osculum luxuriosum quando dicatur, remissive.

## CAP. Significasti. V. Alex. III.

Quando mulier publicè fatetur se intra Ecclesiam peccasse cum sacerdote, est impenitentia mulieri condigna poenitentia, & Ecclesia reconcilianda aspersione aquæ benedictæ. Si Sacerdos negat crimen, debet ei canonica ad arbitrium purgatio, tam quinquè Presbyteris indicij, & si se purgare potest, permittatur ministrare in officio suo, si non potest, ab eo suspendatur & hoc fiat etiam Presbyter qui nunc negat, iam confessus fuerit coram alio Sacerdote, qui hoc affirmat. Colligitur ex Ordin. Abb. antiqui. Innocent. Collect. Zabarell. Anania, Hostiens. Anchar. Buttr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 135. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 679. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. l. 5. tit. 13. cap. 6. & est post Concil. Lateran. 50. cap. 21.

Huiusmodi delictum confessus fuisse, &c.] Quomodo presbyter, de quo hic, detegere poterat quandam mulierem ipsi confessam adulterium, non abs re Doctores inuestigant, ex quibus Nauar. in c. Sacerdos, de penit. dist. 6. num. 126. asserit id hic factum fuisse de contentis licentia, nam illa data potest Confessum audita in Confessione revelare, ut per Martin. Delci. d. quæst. magic. lib. 6. cap. 1. sect. 2. vers. duo denique pag. 474. Fatin. in praxi crimin. quæst. 51. num. 112. Bonacina de Sacram. dist. 5. puncto 4. num. 7. vers. dixi absque licentia penitentis, Verum idem Nauar. loco citato n. 127. dicit huius text. esse quod adultera illa confessa fuerit, & se, & adulterium cuidam Sacerdoti fuisse confessum confessione extrajudiciali, quod fecerunt aliquæ de causa tunc occurrente.

Reconciliare procurare.] Per hunc text. tenetur aliquis Ecclesiam non pollui, nec reconciliatione indigere per concubitus conjugales, etiam extra eam, nec cessitatis, ut per gloss. verbo semine, in cap. Ecclesia de consec. dist. 1. & alios quos refert Sanch. de matrim. lib. 10. dist. 15. num. 7. Verum cum in hoc text. non dicatur ob solum adulterium violari Ecclesiam, sed decauratur in casu particulari, aliàs probaret per simplicem fornicationem Ecclesiam minime pollui, tenendum omnino per concubitus conjugales extra eam non cessitatis Ecclesiam violari, resoluunt Covarr. & Sponsal. parte 2. cap. 5. §. 2. num. 3. Petz. l. 1. vers. queri potest utrum copula, tit. 1. lib. 5. Ordin. Marit.

in rub. tit. 1. glos. 1. num. 99. lib. 5. noua recop. Sanch. d. num. 7.

4 Cum negante adultero mulieri, &c. ] Ergo adulterium non probatur contra alium sola mulieris confessione, vt per Baiard. ad Clar. §. adulterium num. 40. & num. 94. dicit quod absolutio adulteri prodest adultera, sed condemnatio non nocet, de quo etiam Perez l. 2. prope finem, vers. quari etiam potest, tit. 15. l. 8. Ordin. pag. 312.

6 Prædicto autem Sacerdoti, &c. ] Notatur ad hoc, quod clericus pro adulterio suspenditur, & non nisi crescente contumacia in eodem crimine deponitur, vt per Bermond. de publicis concub. rub. de adulter. num. 26. & seq. Grilard. de poen. omnis. coitus. quæst. 6. à princip. Verum pro adulterio clericum deponi, & in monasterium detudi, tenent Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 23. num. 14. Menoch. de arbit. casu 419. num. 66. post Clar. Tiraq. Bernard. Salzed. & alios sequitur Farin. in praxi crimin. part. 5. quæst. 141. u. 29. quibus adde Pradil. in summa legum penalesum. part. 1. cap. 9. n. 8. Molin. de instit. rom. 4. tract. 2. disp. 98. Quid si ignoret mulierem cum qua se immiscet esse nuptam, vide D. Barbof. in l. 1. in princip. part. 1. num. 96. ff. soluto matrim. Farin. d. quæst. 141. à num. 97. Quid si reperiat in mutuis osculis, vel amplexibus, an velut adulterus sit puniendus? vide per ea, quæ Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 16. à num. 32. Menoch. de presumpt. lib. 5. pref. 41. à num. 26. D. Barbof. in l. 2. ff. soluto matrim. part. 2. num. 70. Don. Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli, l. 62. febol. 2. num. 15. Molin. de instit. tract. 3. disp. 91. n. 81. Farin. d. part. 6. quæst. 142. n. 154. cum seqq. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 91. num. 38. & l. 9. disp. 46. n. 7. & lib. 1. disp. 4. à num. 11. & disp. 12. à n. 46. 8 Vbi de literis amatoris. Quando dicatur osculum luxuriosum, vide Thom. Triuif. Penetia decis. 47. part. 2. quem refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 47. in fine.

## S V M M A R I U M.

- 1 Coniux coniugem de adulterio impetere non potest si ipse adulterium commisisse conuincatur.
- 2 Adulter laicus tam masculus, quam femina excommunicatur.
- 3 Vxor à marito de adulterio accusata potest etiam excipere de adulterio ipsius mariti, ubi agitur ad thori separationem, vel ad dotis amissionem.
- 4 Exceptio de adulterio ab vxore proposita contra virum agentem ad separationem thori, & dotis amissionem, potest etiam post litem contestationem deduci.
- 5 Maritus si contra vxorem agat criminaliter ad poenam, non potest vxor excipere contra illum de simili adulterio.
- 6 Adulterium ad impediendam restitutionem non potest per testes probari.
- 7 Confessio coniugis asserentis proprium adulterium, satis est vt illud probatur censetur.
- 8 Delicta paria mutua compensatione tolluntur, nisi commissu sint circa diuersa, & separata.

## CAP. Intelleximus VI.

## Innocent. III.

1 C O N I U X separata à viro si petat sibi restitui virum, vir est cogendus accipere mulierem; si d si constet per euidentiam rei, vel legitimam confessionem mulieris sponte fuisse adulteratam, non est cogendus vir illam assumere, nisi per legitimos testes, Collect. Barbof. Tom. III.

qui non possunt à viro reprobati, constat virum etiam fuisse adulteratum, tunc enim vir cogetur accipere vxorem affectu maritali, quia cum ius matrimonii in utroque læsum sit, paria delicta tolluntur mutua compensatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqui. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 136. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 679. remissuè Ximen in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. Augustin. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 8. cap. 1.

Vinculo excommunicationis adstrinxit, &c. ] Notatur ad hoc, quod laicus tam masculus, quam femina pro adulterio excommunicatur, vt per Couar. sponsal. part. 2. cap. 7. §. 7. num. 20. Clar. §. adulterium, num. 7. verbo de iure autem Canonico, Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 86. verbo adulteri, lit. B. vers. laici verò in nouiss. edit. Menoch. de arbit. casu 419. n. 61. Farin. in prax. crimin. part. 5. q. 140. n. 29.

Replicauit in ipsum quod fuerat fornicatus ] Ergo vxor accusata de adulterio à marito potest etiam excipere de adulterio ipsius mariti, vt per Guilclm. Benedict. in repet. cap. Raynuius, verbo cuidam Petro tradiderunt, num. 112. Palat. in repet. rub. de donat. inter virum & uxor. num. 2. Couar. de sponsal. part. 2. ca. §. 6. num. 5. Anton. Quelada diuers. quæst. cap. 18. vers. quintus si ipse, Martienf. ad rub. tit. 1. glos. 1. num. 102. lib. 4. noua recop. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 4. num. 8. Sanch. de matrimonio, lib. 10. disp. 6. Intelligi ubi agitur ad thori separationem, ex Sanch. eod. lib. 10. disp. 5. num. 2. & disp. 8. num. 29. cum seqq. & Farin. d. part. 5. quæst. 143. num. 69. cum seqq. Vel ad dotis, & donationis propter nuptias amissionem, quia etsi vxor accusata de adulterio dotem, & donationem propter nuptias amittat, potest tamen contra virum de eodem adulterio excipere, & sic vnus adulterium cum altero compensare, Bernard. reg. 216. vers. quando limita. Boer. decis. 338. num. 3. & 4. Tiraq. l. 13. conuict. glos. 1. num. 48. cum seqq. Couar. d. cap. 7. §. 6. num. 5. Rotas singul. 214. in fine. Garc. reg. 596. num. 9. Perez l. 1. verbo res bienes tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 11. & l. 2. verbo loque quisiere tit. 15. lib. 8. D. Barbof. in l. 1. in princip. part. 1. num. 97. cum seqq. ff. soluto matrim. Azucod. lib. 2. num. 24. & lib. 4. num. 30. tit. 20. lib. 8. noua recop. Surd. d. tit. 7. quæst. 16. num. 47. cum seqq. Chald. Pereira in comment. ad Leonie. C. ex delictis defuncti part. 2. num. 4. Cened. ad Decretal. collect. 166. num. 3. Sanch. d. disp. 8. num. 29. Farin. d. part. 5. quæst. 142. num. 35. cum seqq. Buccaron. d. differrent. inter iudicia differ. 132. num. 1. Quæ quidem exceptio ab vxore proposita contra virum agentem ad separationem thori, & dotis amissionem, potest etiam post litem contestatam deduci, ex Couar. d. §. 6. num. 6. Baiard. ad Clar. §. adulterium num. 88. Cened. d. collect. 166. num. 4. Sanch. d. lib. 10. disp. 6. num. 12. & disp. 9. numero. 25. ubi en post latam diuortij sententiam possit accusari coniux ille reputatus innocens de prioria adulterio, & numero. 27. an si lata sententia diuortij contingat innocentem labi in adulterium compensentur mutuo delicta ac proinde compellendus sit ad coniugem adulterij causa dimissum redire.

Si verò maritus contra vxorem agat criminaliter ad poenam, non potest vxor excipere contra maritum accusatorem de simili adulterio, vel quod publicè retinuit concubinas ad effectum repellendi illum à dicta accusatione, id expressè deciditur apud Castellanos l. 3. tit. 20. lib. 8. noua recop. & resoluunt Soc. in 4. disp. 37. q. vnic. art. 3. ad finem corporis, & art. 4. in fine corporis, Butr. in c. fin. m. 5. hoc tit. Couar. d. §. 6. m. 5. Canter. in suis quæst. crimin. tit. de tangentibus punitionem delicti

L cap. 4.

cap. 4. num. 46. Petr. de Ledefm. de matrim. quest. 62. art. 1. dub. 3. Perez d. l. verbo tres bienes Cened. d. col. lect. 166. num. 4. vers. ex quibus solue, quod refert, & sequitur Sanch. d. disp. 7. num. 34. quibus adde Anton. Scap. in tract. de iure non scripto, l. b. 1. tit. de personis. & rebus Ecclesie, cap. 60. Baiard. ad Clar. §. adulterium, num. 18. Farin. in praxi crimin. quest. 141. num. 104. Hieron. Buccard. d. differt. 132. num. 2. Quamvis auditi exceptionem vxoris adulteræ accusatæ ad mortem allegantis virum publicè habuisse concubinam dicat Hentiq. in summ. lib. 11. de matrim. cap. 17. num. 3. lit. F. Quicquid etiam non posse iudicem capite damnare vxorem adulteram si vir quoque adulter sit tueantur Fr. Emman. summ. part. 1. cap. 127. casu 3. Gu-tier. pract. lib. 2. quest. 1. num. 23. Et licet D. Barbof. in d. l. 2. in princip. part. 1. num. 99. in fine, à quo non videtur dissentire Surd. d. g. 16. a num. 56. sub declaratione probate nitatur quoddam mulier opposita exceptione adulterij contra maritum impudicum, potest ipsum ab accusatione repellere, per text. in l. si vxor §. index ff. de adulter.

6 *Vel per euentiam rei, &c.* Ergo ad impediendam restitutionem non potest adulterium per testes probari, vt per Abb. hic num. 4. Sanch. d. lib. 10. disp. 12. num. 26. vbi refert glossam in presenti, verbo euentiam, ibi, *vt quia publicè fuit fornicata*, esse intelligendam cum Abb. num. 6. & Anan. num. 10. in illo verbo *publicè*, non vt omnibus videntibus sit publicè prostituta, sed recedens à viro adhæsit publicè concubinario illum in eadem mensa & lecto retinens, vel passim admittebat viros ad adulterandum, vel filium habet cum tanto temporis interuallo à marito separata sit, vt ex illo concipere nequeat, veluti si à partu tempore transactus sit annus, ex quo non habitat cum marito.

7 *Vel per confessionem legitimam mulieris.* Ergo satis est confessio coniugis asserentis proprium adulterium, vt illud probatum censeatur, ita Sanch. d. l. 10. disp. 12. num. 49. vbi intelligit quando confessio facta est in iudicio.

8 *Paria delicta mutua compensatione tollantur.* Vide ad hoc Farin. fragmen. criminal. part. 1. lit. D. num. 110. cum seqq. Anton. Monach. Lucens. decis. 59. num. 3. Hippol. singul. 234. Palat. in repet. rub. de donat. inter virum, & vxor. §. 10. num. 5. Bartazol. in repet. l. si qui maior num. 430. C. de transact. Sanch. d. lib. 10. disput. 8. num. 29. Cardinal. Tusch. tom. 1. lit. C. conclus. 489. num. 15. & seq. Casar. Argel. de contrad. legitimo quest. 20. num. 101. & plures per me citatos in tract. Axiom. suris vsus freq. Axiom. 68. num. 3. Limita quando delicta sunt commissa circa diuersa & separata, Thom. de Thomaf. reg. 219. Farinac. d. lit. D. num. 128. Limita etiam quando agitur criminaliter, & ad pœnam, Cardof. in praxi iudicium & advocat. verbo delictum num. 37. Farin. d. lit. D. num. 139. Buccarion. d. differt. 132. n. 1.

## SVM MARIUM.

- 1 *Matrimonium quoad iborum separari non debet propter adulterium quando ambo coniuges fuerunt adulterati*
- 2 *Compensatio delictorum admittitur quocunque tempore.*
- 3 *Separatione matrimonij facta propter adulterium si innocens coniux fornicetur, reintegratur matrimonium.*
- 4 *Adulteria compensantur si lata diuorij sententia con-*

inix prius innocens adulteretur.

5 *Coniuges ius diuorij & accusandi censentur per copulam sibi remittere.*

6 *Adultera coniux notoriè potest expelli propria auctoritate.*

C A P. Tuæ fraternitatis. VII. & fin.

Coniugi in adulterio deprehensi denegantur de bitum coniugale, si deinde ipse manifestè adulteretur cum alia, debet coniugem affectu maritali tractare, quia paria crimina mutua compensatione delentur. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Histiens. Anch. Butr. Marian. Socin. Cened. collat. 166. Viuian. in rationali lib. 5. in ius Pontifici pag. 181. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 680. censens Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ad Anton. Augu. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 8. cap. 2.

Vide posita in cap. preced.

*Si postmodum ipse, &c.* Ergo compensatio delictorum admittitur quocunque tempore de quo D. Barbof. in l. viro num. 5. ff. soluto matrim. Vnde de si post factam separationem innocens coniux fornicetur, tunc matrimonium reintegrari, & locum fieri compensationi officio iudicis tenent Abb. hic num. 1. & alij, quos refert & sequitur Belle. disquisit. clericorum part. 1. tit. de fauore clericorum tit. §. 4. num. 81. Clar. §. adulterium num. 14. sub vers. facti autem, Farinac. in praxi criminal. quest. 143. num. 39. vers. limita sexto. Buccarion. de different. inter iudicia nulla & crimin. differ. 131. num. 9.

In gloss. Fornicationis, ibi, *en delictum superueniens rei indicat de iure, vel facto offerat preiudicium.* Notatur ad hoc, quod si lata diuorij sententia coniux prius innocens adulteretur, compensantur adulteria, & iure actionis competit coniugi dimissio repetitio alterius, vt per Couar. d. §. 6. num. 1. Nauar. consil. 1. num. 2. & 3. sub tit. de diuor. lib. 2. de Graffis in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 12. num. 73. casu 3. Surd. d. g. 17. n. 52. D. Barbof. in l. viro num. 40. num. 3.

In ead. gloss. ibi, *quod possit eam accusare non possit.* Notatur ad hoc, quod coniuges ius diuorij, & accusandi censentur per copulam sibi remittere, vt per Couar. de sponsalib. part. 2. cap. 7. §. 6. num. 7. Gaud. Lusti. decis. 234. num. 6. Clar. §. adulterium num. 18. vers. caneat etiam, Soar. commun. opinion. verbo adulterium num. 85. Nozz. de contrah. tit. de matrim. §. fin. num. 70. vers. quinto limita. Matien. in rub. tit. i. gloss. 1. num. 102. ad fin. lib. 5. noua recapit. Menoch. de presumpt. lib. 3. quest. 2. num. 30. Padil. in l. transactio num. 94. C. de transactio. Surd. de alimen. tit. 7. quest. num. 23. & quest. 16. num. 102. D. Barbof. in l. i. in princip. part. 1. num. 101. ff. soluto matrim. Sanch. de matrim. l. 2. disp. 66. num. 2.

In ead. gloss. ibi, *quod possit eam repellere à se.* &c. Notatur ad hoc quod vxor notoriè adultera potest expelli propria auctoritate, de quo vide plures Doctores, quos citauit ad cap. ex parte 9. num. 3. de sponsalib. & ibi allegatis adde Cotti. in memorabil. verbo vxor, pag. mibi 938. Surd. de alimentis tit. 7. quest. 16. num. 18. Nauar. consil. 5. in fine sub tit. de conuers. coniug. in antiq. & consil. 10. num. 1. & consil. 14. in fine sub eod. tit. in nouis. Cened. ad Decretal. collat. 166. num. 2. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 102. num. 25. Paul. Comit. respons. moral. lib. 5. quest. 135. Bagl. Ponci. de impedim. matrimonij cap. 30. §. 2. vers. secunda.